



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

23 Missam libenter quotidie audire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

diant. Apollinem enim dixisse, nunquam permissuros Deos, ut Principi, qui in iudicandis negotijs pauperum non fuerit diligens, prompte cediatur à ditiõibus.

## SIGNVM XXIII.

*Missam audire.*

QUOTIDIE, SI FIERI POSSIT,  
*sacros. & augustis. sacrificium*  
*Missæ audire.*

**M**issæ Sacrificio, 1. non solum aguntur, sed etiam referuntur gratiæ Deo, pro beneficijs ab ipsius bonitate acceptis: 2. remittuntur venialia peccata: 3. impetratur gratia ad vitandam eum dolore confitenda, & in posterum vitandam: 4. datur gratia recte viuendi, confertur auxilium omnibus, atq; defunctis. 5. Adhæc, solet Dominus in temporalibus rebus illi magis fauere, quæ videt ante omnia spiritalium rerum, & diuinitatis curam gerere. 6. Et sicut patet gratum esse, ut manet summo ante omnia à filio visitatur, & dulcetur: ita gratum est Christo, ut quotidie in Missæ Officio eum videas, adores, atq; salutes. (Videtur hoc iuge Noui Testam. Sacrificium concubitu, vide in Theatro Vind. Diu.) 7. Præterea, sicut in Veteri Lege aspectus Serpentis ænei sanitate conferrebat vulneratis: & in Nouo Testamento Petrus curabat ægros: ita dubium non est, quin Christi Corpus, dum in Missæ Sacrificio quotidie deuote cõspicitur, magnam vim ad curandam animam habeat. (Vide Manuale Sedul.) 8. Dominus in hoc Sacrificio non solum offertur Deo Patri a Sacerdote, & à præsentibus Christi Corpus, sed quis in verum Sacrificium pro sua salute; sed quæ

sibi adfunt, digneq; se parant, spiritualiter Cor-  
 pore Domini reficiuntur, vt membra, per os Sa-  
 cramentis: imò, vt in cella vinaria, nouis vinis re-  
 ferta, solus aer odore infectus inebriat; ita in lo-  
 ca, vbi hoc Sacrificium offertur, tanta est gratia  
 operis, vt non solum ex eo dæmones pellat, sed  
 animam præsentem consolatione perfundat.

*Spiritualis  
 refectio da-  
 tar mini-  
 strantibus  
 Mensa ha-  
 ius Regis.*

1. *Eduardus Angliæ, 2. Ludovicus Gallia Reges*  
 iustissimi, & alij cõplures, fructu Sacrificij hu-  
 manis cognito, nullam sibi illius quotidie audiendi  
 rationem patiebantur elabi. (Præmia Missam  
 a honore habentium, vide in Triumpho Vfrt.)

2. *S. Elzearius Comes* non modò quotidie Sa-  
 crificium intererat, sed etiam familiam suam vniuer-  
 sam curabat vnam ad minimum Missam, nullo  
 intermisso die, integram audire.

3. *S. Wenceslaus Bœmorum Rex*, non contentus  
 esse Sacrificio Missæ quotidie præsto adesse; sed  
 etiam messis & vindemiæ tempore, oblitus quasi  
 dignitatis suæ, metebat, & vindemiabat, quæ pro  
 Sacrificio Sacerdotum manibus offerret.

## SIGNVM XXIV.

## MODESTIAM IN OMNI

*actione præ se ferre.*

*Modestum  
 esse.*

In mediocribus (ait Cassiod. epist. 44. v. 47.  
 ) iactantia est odiosa, ita in Magistratu mo-  
 destia & humilitas est gloriosa: quia, teste Sene-  
 ca epist. 121. maximum argumentum est animi ad  
 honori venientis sede, si hæc, in quibus versatur,  
 familia iudicat. Et, teste S. Chrysostomo, Hom. 3.  
 in cap. 1. Matth. sublimium maxima gloria est,  
 quam maxime se submittere.

Et